





20.

Pr. 21. num. 28.

D. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
FRIDERICO AVGVSTO  
PRINCIPE REGIO ET SAXONIAE HEREDE  
ET RELIQ.

13

SELECTAS

1711

226

DE

PACTO  
RETROVENDITIONIS

OBSERVATIONES  
PVBLICE EXHIBENT

IO. EHRENFRIED MARTINI  
JVRIVM LICENTIA T.

p 224.

ET

RESPONDENS

GODOFREDVS KRVGERS  
HERZBERG. SAXO.

D. XV. OCTOBR. ANNI 1711

VITEMBERGAE

LITERIS KOBERSTEINIANIS.

42.



3.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

FRIDERICO AUGUSTO

PRINCIPIS REGIO ET Saxoniae Marchiae  
ET REGIO

SELECTAS

DE

PACTO

RETROVENDITIONIS

OBSERVATIONES

ET ALIA

IO. EHRLICHMANNI

AVRILIAE

ET

REACTORUM

GODONARDVS KRVGVVS

HENRICO SANO

IN ANNO 1711

PIEMARCAE

MTERS ROBERTSINIANS



SUMMA DISSERTATIONIS  
CAPITA.


Præfatio.

1. Pactum retrovenditionis definitur.
2. Convenit juribus naturæ, divino aliarumque gentium.
3. Refellitur Corasius, qui pactum hoc in jure Romano,  
4. & canonico fundatum esse negat.
5. Transitus ad selectas de hoc pacto observationes.
6. Obligatio ex hoc pacto transit ad heredes,  
7. qui tamen qualitatem hanc probare debent, alias repelluntur exceptione illegitimationis ad causam, quæ post litem quoque contestatam admittitur.
8. Dies huic pacto adjicitur vel ut terminus à quo, vel ad quem.
9. Terminus à quo elapsus de novo currere non incipit.
10. Pretio non determinato, id debetur, quo res in præsens venire potest.
11. Ratio decidendi præcipua, quia novus adest contractus.

) ( 2

12. Tex-

12. Textus juris huc facientes.
  13. Communiter autem paciscentes certum pretium adjiciunt.
  14. quod non mutatur, licet tertius interveniat, qui rem minoris emit.
  15. Præjudicium Jctorum Vittembergensium.
  16. Rationes decidendi.
  17. Reluens restituit impensas,
  18. non tamen necessarias, sed has fert emtor,
  19. e. g. tributa, etiam bellica,
  20. sumtus processus.
  21. Responsum Jctorum Vittembergensium.
  22. bene tamen utiles.
  23. Respondetur dissentientibus.
  24. Impensæ utiles sunt, quæ fiunt in re ædificatio-  
nem domus combultæ.
  25. Responsum Jctorum Vittembergensium.
  26. De impensis voluptuariis.
- Corollarium I. de curatore à muliere de rebus im-  
mobilibus contrahente adhibendo.
- Corollarium II. Valet testamentum judiciale, licet  
Actuarius foeminæ, quæ heres instituta fuit,  
curator sit.





Q. D. B.

## PRAEFATIO.



Um academicam vitam, quam huc usque non sine summa animi voluptate colui, relinquo, & ad forensia negotia suscipienda reditum in patriam paro, antequam discederem, scriptum aliquod edere constitui, quod & specimen esset illorum, quos in omni jure feci, profectuum, & luculentum diligentiae, qua annos academicos transegi, monumentum. Neque enim eorum numero sum, qui Advocatum instructum satis & eruditum esse putant, si consuetas in judiciis formulas ex Volckmanno ediscat, & recitare iterum, seu, ut *Cicero* ait, cantare sciat. Insulsam hanc persuasionem, quæ non minus absurda est, quam

A

quam

quam si in Theologo tantum lectionem Postillarum, ut vocantur, requiras, hominibus ineptis relinquo. Cordatiores autem non ignorant, veri Jureconsulti, qualis etiam Advocatus esse debet, duas esse partes, alteram theoreticam, quæ in solida jurium legumque latorum scientia consistit, alteram practicam, quæ est dextra earundem ad facta obvenientia applicatio. Nisi hæc duæ in uno subiecto conjuncta inveniantur, Jctus dici nequit. Sed, si quis legum tantum peritiam habeat & circa externum illarum corticem hæreat, legulejus dicitur. Qui autem nulla suffultus doctrina ad praxin statim accedit, & forensia jurgia exercet, rabula erit. Uterque æque turpis est nec advocati nomen, quod secundum *L. 14. C. de Advocatis de versorum judiciorum* sanctissimum & dignitatis plenissimum est, meretur. Cæterum, cum de argumento commodo dispicerem, de quo præsentem dissertationem conscribere possem, occurrit doctrina de Retrovenditione elegantissima pariter & utilissima. Ex hac itaque selectas quasdam Observationes in præsens delumam, & quantum poterò, illustrabo. Tu vero, Lector benevole, favebis cœptis nostris, & benigno de hoc labore judicio ulterius diligentiam nostram provocabis.

I.Pa-



**P**actum retrovendi-  
tionis, quod interdum  
etiam pactum reluendi, redimendi, trans-  
scribendi, *L. 12. de prescriptis verbis* reven-  
dendi, venditio fiduciaria, Germanice:  
der Wiederkauff / appellatur, est pactum contractui  
emtionis venditionis adjectum, ut, pretio oblato,  
emtor ejusque heredes venditori ejusque heredibus  
rem restituere teneantur.

**H.**

Pactum hoc æquitati & juri naturali convenire,  
nemo in dubium vocabit, qui, omnis generis pacta,  
dummodo honestati non repugnent, sed de rebus lici-  
tis & possibilibus concipiuntur, iniri posse, norunt.  
Hinc non solum exempla hujus pacti ex historia anti-  
qua gentium afferri possunt, vide *Levium Historiarum*  
*ab urbe condita lib. 31. cap. 13.* Sed & jus divinum in re-  
publica Hebraica promulgatum pactum hoc tacite o-  
mnibus venditionibus agrorum inesse voluit. Ita enim  
*Leviticorum XXV, 24, 25.* disponitur: *Et in omni terra pos-  
sessionis vestra redemptionem dabitis pro terra. Cum at-  
tenuatus fuerit frater tuus & vendiderit aliquid de possessione  
sua, & venerit, qui redimat illud propinquus sibi, &  
redimet venale fratris sui. Et si non fuerit viro redem-  
tor, sed apprehenderit manus ejus, & invenerit fere, quod  
sufficit ad ejus redemptionem. Et computabit annos vendi-  
tionis ejus, & restituet crescens viro, qui vendidit sibi: &  
redibit ad possessionem suam. Et si non invenerit manus  
ejus, quod sufficit ad restituendum ei, & erit venditio ejus  
in manu eientis illam, usque ad annum Jobel. Et regre-  
diatur in Jobel & revertetur ad possessionem suam.* Porro

*Leviticorum XXV, 23, 30* venditiones fundorum hereditariae sive perpetuae prohibentur. Quod idem jure Spartanorum a Lycurgo constituto obtinebat. Nam Lycurgus universum Lacedaemoniorum agrum in partes aequales tricenis novies mille diviserat, & singulas civibus sorte assignaverat, easdemque inter se augeri, minui, subdividi, venundari in perpetuum prohibuerat. Ita quippe *Heraclides de politijs*: *Terram, inquit, vendere apud Lacedaemonios de majorum hereditate turpe habebatur, nec licebat.* Neque iniquae sunt hujusmodi leges in iis maxime rebus publicis, in quibus aequalis vigere debet libertas. Quae melius conservari nequit, quam, si legislator caveat, ne pauci ad se trahant agros, in quibus praecipua opum fundamenta sunt sita, reliquosque patrimonio exutos sibi obnoxios reddant, & sic paulatim paucorum dominationem & tyrannidem introducant.

III.

Postquam autem, pactum retrovenditionis juri naturae & divino nec non moribus & legibus gentium convenire ostendimus, examinabimus etiam *Corasii* opinionem, qui *3. Misc. p. n. r.* asserit, neque in civili neque in Pontificio jure mentionem pacti de retrovendendo fieri. Quod ad jus civile attinet, contrarium satis manifeste ex *L. 2. C. de Pactis inter emptorem & venditorem* apparet, in qua Alexander Imperator: *Si fundum, ait, parentes tui ea lege vendiderunt, ut, sive ipsi, sive heredes eorum emptori pretium quaecumque vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teque parato satisfacere conditioni dicta heres emptoris non paret; ut contractus fides servetur, actio praescriptis verbis, vel ex vendito tibi dabitur.* Quae lege nihil certe clarius esse potest.

est, ut, cum Doctores quosdam, usum pacti hujus jure Romano receptum non fuisse, asserere videam, veritatem ejus, quod vulgo dici solet, fateri cogar: nullam esse sententiam tam absurdam, quæ non ab aliquo Jurisconsultorum defendatur. Sunt tamen & aliæ leges quæ hujus pacti mentionem faciunt. Sic enim Proculus in L. 12. de præscriptis verbis: Si vir, inquit, uxori suæ fundos vendidit, & in venditione comprehensum est, convenisse inter eos, si ea nupta ei esse desisset, ut eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro, in factum exitimo judicium esse reddendum, idque & in aliis personis observandum. Vide etiam L. 7. C. de pactis inter emptorem & venditorem. ibi: convenit, ut si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, si res inempta, & L. 1. c. Quando decreto opus non est ibi: consensisse, ut reddito tibi prædii pretium reciperet.

#### IV.

Jus quoque canonicum pactum retrovenditionis non ignorat, sed etiam approbat. Constat id ex c. 5. X. de Emptione & venditione ubi memoratur pactum inter emptorem & venditorem initum, ut emptor venditori, quocumque is a septennio usque ad nonennium daret LX Uncias tarenorum, domos & olivas venditas restitueret. Quod pactum ibi quidem ab Innocentio III. Pontifice improbatum, non, quod in genere prohibitum sit, sub lege retrovenditionis quid vendere, sed quia in casu ibi allato ex vilitate pretii apparebat, subesse mutuum palliatum atque usurariam pravitatem.

#### V.

Hæc in genere de natura pacti retrovenditionis dic-

ta sufficient. Cetera enim, quæ huc pertinere videntur, ex aliis, qui prolixos satis de hoc pacto commentarios confecerunt, facillimo negotio addisci possunt. Nobis illos exscribere, & quæ satis copiose attulerunt, repetere, animus non est, cum id aliis potius, qui magna volumina ex aliorum scriptis confarcinant, vitio vertamus. Relictis itaque generalibus istis, quæ passim reperiuntur, singulares quasdam maximeque dubias super hac doctrina quæstiones & observationes afferemus.

#### VI.

Datur ex pacto hoc actio venditi venditori ad rem venditam, soluto pretio, recuperandam, Quæ actio etiam ad heredem venditoris transit, quamvis nulla eorum in contractu mentio facta fuerit. Id enim ex generali pactorum natura dependet, ut ad heredem transcant, nisi expresse contrarium constituatur *L. 9. de probationibus.* Atque transitio hæc non in primo tantum, sed & secundo & ulterioribus heredibus obtinet, cum heredis nomine omnes in infinitum contineantur *L. 65. de V. S.*

#### VII.

Ante omnia igitur, cum quis ex pacto retrovendi- tionis actionem instituit, necesse est, ut probet, se primi venditoris heredem esse. Donec enim id ostendat, recte ei opponitur exceptio illegitimationis ad causam. De qua exceptione quæritur, utrum illa etiam post litem contestationem in medio processu actori obijci queat. Dubium hoc ideo videtur, quod ista exceptio dilatoria sit. dilatoriæ autem exceptiones omnes ante litem contestatam in primo termino tam de jure  
Impe-

Imperii, quam Saxonico Electorali, opponi debeant, ne-  
que postea amplius audiantur. *Recessu Imperii novissimo*  
*de anno 1654. §. 37, 38, 40. Const. Elect. Sax. 3. P. I. Ord. Proc. tit.*  
*11.* Quibus tamen non obstantibus, nos, exceptio-  
nem istam etiam post litis contestationem locum inve-  
nire existimamus. Est enim sine dubio ex numero ea-  
rum, quæ omittæ processum retrò nullum reddunt.  
Quæ autem ejus naturæ sunt, id privilegium habent,  
ut quocunq; tempore, diu etiam post litis contestatio-  
nem oppositæ, audiri debeant arg. *L. 24. C. de Procuratori-*  
*bus.* Excellentissimus *Martini* Patruus & Patronus meus  
venerandus in *Commentario forensi ad Ord. Proc. tit. 11. §. 1. n.*  
*55.* &, quos ibi allegat, DD. Quare Scabini Lipsienses  
apud *Berlichium P. 1. Conclusione 84. n. 9* exceptionem il-  
legitimationis ad causam etiam post sententiam latam  
ante executionem oppositam attendi debere, respon-  
derunt. Atque sic quoque JCtos Vitembergenses  
pronunciasse, infra ostendam.

### II X.

Pactum retrovenditionis sæpe quidem, nulla cer-  
ti temporis mentione facta, initur. Quo casu actio  
exinde descendens nulla præscriptioe excluditur, sed  
semper institui potest. Plerumque tamen pacifcen-  
tes diem huic pacto adjiciunt *L. 2. C. de pactis inter emt.*  
*& vendit.* eumque iterum duplici modo, vel ut *termin-*  
*um ad quem* oblatio pretii & restitutionis necessitas ex  
parte emtoris locum habeat; ita ut si intra hoc tempus  
(secundum *Tiraquellum de Retr. cony. §. 1. gl. 2. n. 66.* a die  
venditionis seu contractus, non a die traditionis com-  
putandum) oblatio fiat, restitutio emtori incumbat,  
eo autem elapso non amplius. Verba, quæ hoc casu  
adhi-

adhiberi solent, sunt *intra* 20. annos, binnen zwanzig Jahren. vel *in* 10. annis *in* 10. Jahren. Vel tempus adjicitur tanquam *terminus a quo* potestas restituendi pretium & rem reluendi incipere debeat; ubi ante illum emtor, tametsi pretium offeratur, ad restituendum non obligatur. Quæ species retrovenditionis vocari potest retrovenditio ex die L. 3. de procurat. L. 44. §. 1. de obligat. & act. Cognoscitur vero ex particula *post* nach 3. Jahren / vel auf 10. Jahre wiederkaufflich.

IX.

Hic autem aliquando in facto disceptatum fuit, utrum eo casu, quo certum tempus tanquam terminus a quo pacto retrovenditionis adjicitur, relutio statim, postquam hoc tempus elapsum, fieri debeat, adeo, ut si non fiat, tempus istud de novo currere incipiat, nec reluens prius, quam illud iterum effluerit, sit audiendus. Acriter affirmativam sententiam defendebat Advocatus aliquis in casu, qui M. Septembri anni 1710. Jctis Vitembergensibus offerebatur. Pacti videlicet erant contrahentes, daß dem Verkäufer nach Verlauff 15. Jahr das verkauffte Gut wieder einzulösen frey stehen solle. Venditor istos quindecim & præterea aliquot adhuc annos elabi passus erat, atque tunc demum veniebat & pretium offerebat, sed emtor, opposita exceptione nondum nata actionis, respondebat, venditori alios nunc iterum quindecim annos expectandos esse, weil der Termin solcher 15. Jahre immer von einer Zeit zur andern tacite renovirt und da er anno 1703. zu Ende gelauffen / Kläger aber damals weder die Aufkündigung noch die Oblation des Kauff-

Kauf = pretii und Besserungs = Kosten gebührend  
verrichtet / nunmehr abermahl bis auf anno 1718. er-  
neuet worden. At Jcti Vittembergenses, non at-  
tenta hac exceptione, emptorem ad restituendum con-  
demnarunt, & tempus illud tacite renovatum intel-  
ligi debere, negarunt. Rectissime quidem. Obliga-  
tio enim, si terminus a quo adjiciatur, elapso illo,  
confestim incipit, *L. 44. §. 1. de Obligat. & act.* ibi: *ex*  
*die incipit obligatio.* Nec novam limitationem vel re-  
strictionem, nisi & illa expresse adjiciatur, admittit.

X.  
Quantum pretium venditor rem redempturus of-  
ferre debeat, ex verbis, quibus contrahentes in pacto  
retroventionis usi sunt, dijudicandum est. At, si  
illa nihil tale contineant, quaeritur, utrum pretium,  
quod ipse venditor olim accepit, an vero id, quo res  
in praesens venire, aliisque vendi posset, debeat.  
*Carpzovius P. 2. C. 1. Def. 22. &*, quos ibi allegat, *Dd.*  
*nec non Schilterus de jure Retroventionis cap. 12. §. 10.*  
*seqq.* existimant, sufficere oblationem pretii, quod  
venditor olim solvisset. At verior est *Berlichii lib. 2.*  
*Concl. 2. n. 39.* sententia, afferentis, venditorem re-  
demturum teneri ad tantum pretium, quantum in-  
venire emptor posset, solvendum.

XI.  
Praecipua decidendi ratio in eo consistit, quod  
in retroventionis non prior ille, sed plane novus  
contractus celebretur. Id quod clarissime *Neratius*  
in *L. 58. de Pactis* asserit: *Conventione*, inquit, *ut tu,*  
*quod jam ego tibi prestavi, contra prestare mihi cogaris, non*  
*tam hoc agitur, ut a pristino negotio discedamus, quam ut*

B

noxe

novae quaedam obligationes inter nos constituentur. Quam legem manifestam satis non vidit Schilterus, qui d. l. §. II. operose, retrovenditionem non ex novo, sed priore contractu fieri, ostendere conatur, & verba: *contractus fides servetur*; item *sic res inempta*; quae in L. 2. §. 7. C. de Pactis inter emptorem & vend. occurrunt, pro solita subtilitate captat; & contra legislatoris intentionem ad corroborandam opinionem suam detorquet. Cum vero in omni venditione justum esse pretium atque praesenti rei venditae aestimationi respondere debeat, necesse quoque est, ut in determinatione pretii retrovenditionis non ad pristinum illud, sed ad praesens tempus respiciatur.

## XII.

Nec deficiunt leges expressae, ex quibus sententia nostra, deducto argumento, probari potest. Vide L. 52. §. 29. de Furtis ibi: *tanti aestimandus est, quanti emptorem potest invenire* L. 38. de Rei vind. ibi: *tantum dare, quantum habiturus est possessor.* L. 3. C. de jure Emphyt. ibi: *tantum prestare quantitatem, quantum ipse revera ab alio recipere potest.* L. 5. C. de Locat. praediorum civilium. ibi: *ipse, quod alter adjecit, obtulerit.* Huc quoque ex jure canonico pertinet c. 4. X. de Locato & conducto ibi: *quantum sibi ab aliis offertur.* In Saxonia vero nostra optimum argumentum ex C. Elect. 33. P. 2. deducitur, ubi is, cui protimeseos vel retractus jus competit, tantum pretium, quantum alii offerunt, dare jubetur.

## XIII.

Tunc vero, cum paciscentes expressae dixerunt, quantum pretium a retroemete solvendum sit



fit, illud neque augeri neque minui potest, tamen ipsa rei venditæ æstimatio interim vel creverit, vel imminuta fuerit. *L. 2. C. de Pactis inter emt. & vendit* ibi: *contractus fides servetur.* Recte tamen Tiraquellus observat, tunc, cum venditor majus aut minus pretium promittit in retrovenditione solvendum, quam ipse, cum primum rem venderet, accepit, contractum quodammodo de usuraria pravitate suspectum reddi. Quæ sententia maxime verosimilis est propter *c. 5. X. de Emptione venditione & cap. 4. X. de Pign.* Consultissimum igitur & usitatissimum est, ut pactum de eodem, quod ab initio interuenit, pretio restituendo concipiatur.

#### XIV.

Hic vero non possum, quin casum ante annum, & quod excurrit, Jctis Vitembergensibus oblatum recenseam paucisque decidam. Vendiderat quis prædium suum alteri pro 10500. imperialibus in specie, & ut elapsis quindecim annis pro eadem summa prædium reciperet ab emtore, stipulatus fuerat. Durante autem isto tempore, emtor tertio cuidam, quem tantisper Maevium appellabimus, idem prædium, sed pro minore longe summa, scilicet 10000. Imperialibus, monetæ currentis, iterum vendiderat, simul tamen, ut novus iste emtor ex pacto retrovenditionis cum priore venditore inito obligaretur, pactus erat, omneque jus suum in hunc Maevium transtulerat. Venit itaque primus venditor & contra posteriorem emtorem ex pacto retrovenditionis ad prædium sibi restituendum agit, sed pretium, non quod ipse olim accepisset, sed quod novus iste

B 2

emtor

Emtor dedisset, offert. Provocabat maxime ad *L. 22. C. Mandati* ubi Anastasius Imperator: *Si quis, inquit, datis pecuniis subierit cessionem, usque ad ipsam tantum modo solutarum pecuniarum quantitatem & usurarum ejus actiones exercere permittatur, licet instrumento cessionis venditionis nomen insertum sit.* Mævius vero, se rem retro-emptori restitutum negabat, nisi idem, quod hic olim accepisset, pretium reciperet: Cujus etiam intentio magis fundata erat. Nam in contractu, quem ipse cum suo venditore seu primo emtore celebraverat, expresse additum fuerat, daß der Widerkauff mit allen seinen puncten und Clausulen alhier wiederhohlet seyn solle. Successerat igitur Mævius in locum primi emtoris, æquisimumque erat, ut cum eo etiam fides contractus servaretur. *L. 2. C. de Pactis inter emtorem & vend.* Nec obstabat *L. 22. C. Mandati* quippe quæ non de venditionibus rerum corporalium, sed de emtione, jurium & cessione nominum agit, adeoque stricte interpretanda neque ad hunc casum trahenda erat. Confirmarunt etiam hanc nostram sententiam Jcti Vitembergenfes.

XV.

Quorum sententiam, cum per illam & ea, quæ in *precedente 14.* nec non in *7. & 9. s.* attulimus, mirifice confirmetur, nos huc cum adjectis rationibus decidendi integram exhibebimus. Sic videlicet nomine Potentissimi Prusiæ Regis & Electoris Brandenburgici in causa Friedrich Wilhelm von Arnim/ Klägers/ der Thonischen Erben/ Beklagten Mense Sept. anni 1710. pronunciarunt: Würde Kläger sich gebührend ad causam legitimirem, immassen ihm vor

vorallen Dingen zu thun oblieget; so seynd Beklagte / ihres Vorwendens ungeachtet / demselben das Gut Brandenstein gegen Empfangung der in dem Widerkauffs Contract de anno 1613. versprochenen 10500. specie Rthl. und der erweislich darein gewendeten Besserungs-Kosten abzurufen und einzuräumen schuldig. Im übrigen werden die beyderseits verursachten Unkosten aus bewegenden Ursachen gegen einander aufgehoben. B. R. W.

XVI.

Rationes autem decidendi hæc fuerunt:  
Es hat Kläger wegen des ehemahls von seinen Vorfahren wiederkäufflich verhandelten Gutes Brandenstein Klage erhoben / und will solches von denen ichtigen Besizern wiederumb einlösen / welche ihm exceptionem illegitimationis ad causam, ingleichen nondum nata actionis, entgegen setzen. Ob nun wohl / was die erstere betrifft / solche nicht gleich Anfangs vorgeschüzet / sondern bis auff den letzten Satz verspähret worden / folglich als eine exceptio dilatoria post litis contestationem wegzufallen scheinet; Die andere hingegen daher behauptet werden will / daß der anno 1613. aufgerichtete Contract den Wiederkauff erst nach Verfließung 15. Jahre verstatte / welcher terminus dann / beklagter Meynung nach / folgendts immer von einer Zeit zur andern tacite renovirt, und da er anno 1703. zu Ende gelauffen / Kläger aber da mahls weder die Auffündigung zu rechter Zeit / noch die oblation des Kauffpreii und Besserungs-Kosten gebührendt verrichtet / nunmehr abermahl bis auf 1718. erneuert worden;

107  
Allhier weil aber Kläger nirgend beigebracht/  
daß er ein Descendent oder nächster Agnat der ehe-  
mahligen Verkäufer des Gutes Brandenstein  
sey/ folglich sich ad causam gebührend nicht legiti-  
mirt, solche Exception aber/ bewährter Rechts-  
Lehrer = Meynung nach/

*Berlich P. 1. Concl. 84. n. 9.*

auch post conclusionem in causa & ante execu-  
tionem vorgeschüzet werden mag/ hiernächst der  
Beflagten Meynung/ als ob die anfänglich zum ter-  
mino relutionis gesetzten 15. Jahre von einer Zeit  
zur andern tacite wiederhohlet worden/ ungegrün-  
det/ auch den Contract selber/ welcher die Relution  
nach Ablauf der 15. Jahre schlechterdinges verstat-  
tet/ zu wieder lauffet/

So haben wir Klägern bessere legitimatio, be-  
klagten aber die Abtretung des Gutes Branden-  
stein/ jedoch gegen Erstattung der in den Wieder-  
kauffs = Contract gesetzten 10500. specie Rthl. und  
hinein verwendeten Besserungs = Kosten zuerkant.  
Denn/ obgleich Kläger nicht mehr/ als 10000. rth.  
Curr. welche der beklagten Vater anno 1692. vor das  
Guth gegeben/ bezahlen will/ so ist doch solches Su-  
chen in Erwägung/ daß der Wiederkauff de anno  
1613. in dem Contract von anno 1692. nach allen sei-  
nen Puncten und Clausulen confirmiret worden/  
auch Lex Anastasiana in emtionibus rerum corpora-  
lium und derer denselben anhängenden Jurium fei-  
ne statt findet/ nicht zu attendiren gewesen.

XVII.

Non tamen solo pretio recepto, contentus ef-  
fectus

se debet emtor. Verum præterea repetere potest  
impensas, quas interim, dum rem possedit, in illam  
fecit. Hic vero incredibile est, quantopere inter se  
dissentiant Icti. Alii retroemtorem ad omnes sum-  
tus, quicunque a retrovenditore facti sunt, restitu-  
endos condemnant. Alii eum ab omni eorum resti-  
tutione prorsus absolvunt. Sed prudentis iudicis  
est, mediam tenere viam, atque ita in pronunciando  
versari, ne vel emtor vel venditor de damno & in-  
æqualitate conqueri queat. Ut res clarior fiat, nos  
singulas impensarum species ordine considerabimus.

XIIX.

Quod primum ad impensas necessarias attinet,  
quæ scilicet nisi factæ fuissent, res ipsa vel periisset,  
vel deterior & inutilis fere reddita esset, miror Dd.  
omnes, quotquot huc usque vidi, in ea esse senten-  
tia, quod istæ impensæ emtori a venditore reluente  
sint restituendæ. Falsissimum hoc est. Nec video,  
quomodo contraria sententia sustineri queat. Cum  
enim emtor tamdiu, quamdiu res non redimitur, e-  
jus dominus sit omnesque ex illa fructus percipiat,  
ex duplici hoc respectu sine dubio obligatur ad rem  
sartam tectam suis sumtibus præstandam. Ad hoc  
obligatur simplex usufructuarius per *L. 7. C. de Usu-  
fructu*, itaque multo magis, qui non usufructum,  
sed plenum rei dominium, licet revocabile, habet. Is  
ergo solus non tantum modicas, sed omnes impen-  
sas necessarias feret. Iniquissimum enim esset, ven-  
ditorem reluentem restitutione impensarum in con-  
servationem rei, ex qua nullam utilitatem percepit,  
onerare, cum tamen secundum naturam sit, com-  
moda

moda cuiusque rei cum sequi, quem sequuntur in-  
commoda *L. 10. de R. J.* Quapropter rectius em-  
tori revendenti onera impensarum necessariarum  
repetitionem denegamus.

### XIX.

Itaque non recipiet onera realia, collectas, tri-  
buta, fundo sub pacto retrovenditionis vendito im-  
posita. Hæc enim impendia onera fructuum sunt  
*L. 13. de Impensis in res dotales. Richter ad L. 2. C. d.*  
*Rescind. vend. num. 227.* Quid vero de illis tributis  
sentiendum est, quæ e. g. tempore belli ad averten-  
dam vastationem nomine *einer Brandschagung* vel  
alio titulo exsolvantur? Plerique *Dd.* hæc inter ce-  
teras impensas necessarias a venditore reluciente refun-  
di debere, affirmant. Vide *Müllerum ad Struvium Ex-*  
*ercit. 23. §. 45. lit. c.* At nos causam non videmus,  
quamobrem horum restitutione onerandus sit ven-  
ditor. Nam & hæc ad conservationem rei venditæ,  
ad quam emtor per se obligatus erat, pertinent. Igitur  
cum sumtus hos suæ utilitatis causa, & ne ipse re pri-  
varetur, fecerit, cur ea ab alio repetat? Accedit ar-  
gumentum a minore ad majus, ab usufructuario ad  
dominum. Si enim usufructuarius tam ad ordina-  
ria, quam ad extraordinaria & bellica tributa atque  
opera de proprio solvenda obligatur per *L. 7. §. 2. L.*  
*27. §. 3. de Usufructu L. 7. de Publicanis* cur emtorem,  
qui plenum dominium habet, ab hac necessitate li-  
beremus?

### XX.

Neque aliud dicendum est de sumtibus factis  
in processu, quibus emtor jura prædii sibi venditi  
abom  
contra

contra alios vindicat vel defendit. Sive enim actoris, sive rei vices sustineat, non meliorem conditionem fundi reddit, sed conservat tantum illum in eo, in quo eum accepit, statu. Hoc vero officium ipsius est. Nequit igitur sumtus istos a venditore relucere repetere. Vide *L. 6. §. 4. de Negotiis gestis.*

XXI.

Atque hæc sententia, quod venditor, redimens prædium venditum, emtori ad restituendas impensas necessarias non obligetur, placuit etiam JCtis Vi-tembergensibus, qui secundum illam M. Junio anni 1717. Pomponio Ventoso, Müllern zu Persepolis responderunt.

Hat eur Eheweib nach Absterben ihres ersten Ehemannes dessen hinterlassene Mühle auf 21. Jahr um 1600. fl. wieder käufflichen, angenommen/ und solche nach Ablauf dieser Jahre dem Sohn erster Ehe/ Petro Aquiloni um eben diese Summe wieder zu lassen versprochen. Weil ihr aber von wegen eures Eheweibes der Mühle halber zwey Processse, den ersten über einen Mühlweg/ den andern wegen des Schaaffhaltens geführet/ und dabey gegen 100. fl. auffgewendet/ ingleichen bey denen Schwedischen Troublen über 800. Rthl. an Contribution, Proviant und Fourage geliefert/ so wollet ihr/ ob ihr diese Process-Kosten und Schwedische Onera von dem Wiederkäuffer über die accordirte Summa zu fordern befugt/ des Rechtens belehret seyn/ nach mehrern Inhalt des uns zugeschickten Berichts und der Beylagen/

C

Ob

Ob nun wohl vieler DD. Meynung dahin gehet/ daß ein Wiederkäufer alle in das Gut gewendete impensas necessarias, und darunter auch die zu Führung eines nöthigen Processus verlegte Kosten / ingleichen die von dem in Pando stehenden Feind erpresteten Contributiones dem Wiederkäufer zu erstatten schuldiz /

*Stryk in Usu Moderno Pandectarum ad lib. 18. tit. 1.*

§. 64.

*Muller ad Struvium Exercit. 23. §. 45. lit. 2.*

ubi revendentem eas etiam impensas repetere, quarum ab omnibus oneribus tempore belli liberando factæ sunt, asserit,

Gehele denn nicht zu läugnen / daß die Anstellung dergleichen Prozesse, wodurch die dem Guthe zustehende jura vindiciret werden / nicht weniger die zu Abwendung des von denen Feinden gedroheten Ruins bezahlten Contributionen ad conservationem prædii gereichen / dießemnach pro impensis necessariis billig zu achten seynd / Dennoch aber und dieweil derjenige / so ein Gut wiederkäuflich an sich bringet / hierdurch in dessen völliges Eigenthum gesetzt wird / über diß alle währenden solchen Eigenthums daraus erhobene Früchte und Nutzungen vor sich behält / und davon niemanden etwas restituiren darff / folgentlich auch alle diejenigen Unkosten / wodurch das Gut nicht eben gebessert / sondern nur in vorigen Stande und bey seinen hergebrachten Gerechtigkeiten erhalten wird / zutragen /

*L. 7. C. de Usufructu: ibi: sarta tota suis sumtibus prestare debere.*

fürnehm-



fürnehmlich aber alle demselben / so wohl ordentlich  
als außerordentlich / aufgelegte Beschwerden und  
Contributionen zu bezahlen schuldig ist.

L. 7. §. 2. L. 27. §. 3. de Usufructu L. 7. de Publicanis.  
bey welcher Bewandniß / und da die beyden von euch  
geführten Processen nur zur Erhaltung der dem Gut-  
the bereits zustehenden Rechte / keinesweges aber et-  
wige neue zu erlangen / angesehen gewesen / die Schwe-  
dischen Onera auch pro meliorationibus gang nicht  
zu achten seynd / ihr dieselben zu übernehmen euch  
nicht entbrechen möget / und solches um so viel desto  
mehr / weil ihr und euer Eheweib nicht allein usu-  
fructuarii, sondern auch Eigenthums Herren seynd /  
und in den Wiederkauffs-Contract das Gut nebst  
denen pertinentien in eben dem Stande / wie es ver-  
kauft / zu erhalten und zu restituiren versprochen /  
So seyd ihr die aufgewendeten Process- Kosten und  
Schwedischen Onera von dem Wiederkäufer wieder  
zu fordern nicht berechtiget. V. N. W.

XXII.

At de impensis utilibus, quibus videlicet res  
non conservatur, sed melior utiliorque redditur, &  
fructus ejus augentur, aliud dicendum est. Hæ sci-  
licet, quia ab emtore non ex necessitate officii factæ  
sunt, a venditore redimente utique restitui debent,  
ne is cum emtoris damno locupletior fiat. Hic ite-  
rum aliqui a nobis dissentiunt, atque emtorem nullas  
utiles impensas recuperare debere, affirmant. *Tiraq.*  
*de Retract. cond. §. 7. Gl. 1.*

Ajunt enim 1.) venditorem in jure saltem ad pretium restituendum obligari, cujus appellatione impensa non contineantur; deinde 2.) emtorem facile praevidere potuisse, venditorem rem esse redempturam, eum igitur sibi imputare debere, quod quid in illam impenderit, neque venditorem ad hoc restituendum compelli arg. *L. 9. §. 1. Locati* & *§. 30. in f. 7. de Rerum divis.* tandem 3.) fraudibus hominum occurrendum esse, posse enim emtorem tantum in fundum emtum impendere, ut venditori id restituere adeoque rem recuperare, impossibile fiat.

### XXIII.

Sed respondemus 1.) restitutione pretii alicui injuncta, non statim meliorationes seu impensas utiles excludi, sed potius subintelligi.

*Nam, ut recte ait Paulus in L. 81. de Verbor. Signif. verbo restitutionis omnis utilitas actoris continetur.* Et iniquum profecto secundum ea, quae jam supra diximus, esset, venditorem cum emtoris damno facere locupletiozem. Deinde, quod ad 2.) attinet, multa extant in jure nostro exempla, quibus is, qui revocabiliter tantum rem possidet, impensas tamen utiles repetit, uti maritus in re dotali, conductor in re locata *L. 55. §. 1. Locati* Denique 3.) judicis officio continebitur, dispicere, ne res talis efficiatur, ut gravis sit venditori ad recuperandum. Aestimabit itaque pro ratione circumstantiarum & facultatibus venditoris, quousque emtor impensas utiles factas debeat recuperare. *L. 25. de Pignorat. act.*

### XXIV.

## XXIV.

Ex his itaque patet, quid sentiendum sit de casu, quando e. g. domus vendita, dum ab emtore possidetur, incendio pereat, atque sumtibus emtoris restituatur. Hi sumtus in reedificationem facti pro impensis utilibus haberi atque adeo a venditore relucente refundi debent. Neque enim emtor ad reedificationem domus, quæ sine culpa ejus conflagraverat, obligatus erat; sed sufficiebat, si rem in eo statu, in quo nunc est, venditori repetenti reddat arg. L. 5. §. 2. de Rescind. vendit. Nec aliud dicendum est, tamen si in pacto retrovenditionis comprehensum sit, daß Wieder-Verkäufer Zeit währenden Wiederkauffs alle Haupt- und andere Baue vor sich alleine vollführen und deshalb nichts wiederfordern solle. Hæc verba enim secundum leges justæ interpretationis ex natura contractus explicanda & saltem de refectione, quæ communi loquendi usu etiam ein Haupt-Bau vocatur, intelligenda sunt.

## XXV.

Et sic Jcti Vittembergenses eidem, quem supra memoravimus, Pomponio Ventoso responderunt.

Verlanget ihr fernern Unterricht / ob Wieder-Käufer die auf Wiederauffbauung der bis auf den Grund abgebranten Mühle gewendete Kosten euch zu erstatten schuldig sey /

Wann nun gleich ein Eigenthums-Herr / darfür sonder Zweifel auch ein Wieder-Verkäufer  
C 3 wahren

währenden Wiederkauffs = Jahren zuachten / alle  
seinem Guthe zustossende Unglücks = Fälle allein zu  
tragen verbunden und dieserhalben von niemanden  
etwas zu fodern befugt ist /

*L. 9. G. de Pign. act.*

hiernächst in dem aufgerichteten Contract ausdrück-  
lich / daß ihr Zeit währenden Wieder = Kauffs alle  
Haupt = und andere Baue vor euch alleine / ohneder  
Kinder zuthun / vollführen / der Wieder = Käufer  
aber bey Wiederannehmung der Mühlen mehr nicht  
als 1600. Rth. bezahlen solle / bedungen worden /

Dieweil aber dennoch ein Wieder = Verkäufer  
/ so nach Verfließung einiger Jahre die erkauff-  
te Sache wieder abzutreten schuldig / eigentlich pro  
debitore speciei zuachten / also den ohne seine Schuld  
geschenehen Schaden zuer setzen nicht gehalten ist / son-  
dern die Sache nur in dem Stande / wie sie sich an-  
iezo befindet / wiedergeben darff /

*L. 5. §. 2. de Resc. vendit.*

bey welchen Umständen die Wiederaufbauung der  
verbranten Mühle weil ihr darzu nicht verbunden  
gewesen / pro impensa in perpetuam rei utilitatem  
facta zuhalten / also die darauf gewendete Kosten gar  
wohl wieder gefordert werden mögen /

*Arg. L. 65. de Rei vind. § L. 39. §. 1. de Minoribus  
Carpzov. P. 2. C. 1. def. 27.*

inmassen auch das in dem Contract befindliche Wort:  
Haupt = Bau; nicht von Ausführung eines gang  
neuen Gebäudes / sondern nur von Ergänzungen  
und hauptsächlich Reparaturen zu verstehen ist / der-  
gleichen billige und der Natur dieses Contracts ge-  
mässe

müsse Erklärung auch bey denen Worten / da Wieder-  
Käufer mehr nicht / als 1600. fl. zu zahlen  
verspricht / statt findet / indem dadurch die meliora-  
tionen nicht ausgeschlossen werden.

Quantumvis enim pactio adjecta, ut emtor nul-  
lum peteret melioramentum tempore restitutionis :  
tamen eae impensae, quae ob casum fortuitum & in-  
solitum factae, refundendae sunt, quia hic casus non-  
intelligitur promissus *Natta 2. consil. 2. 56, 5. 6. Schilter,*  
in *diff. de jure retrovenditionis*, Praxi Artis Analiti-  
cae, annexa §. 11.

So seyd ihr die auf Wiederaufbauung der ver-  
brannten Mühle gewendeten Kosten von Wieder-  
Käufern zu fodern wohl berechtiget / und möget euch  
bis zu deren Erstattung des juris retentionis wohl ge-  
brauchen. V. R. W.

## XXVI

Quod denique ad impensas voluptuarias, quae  
secundum *L. 79. §. 2. de Verbor. Signif.* speciem rei dun-  
taxat ornant, non etiam fructum augent, attinet, has  
restituere quidem redemptor non cogitur, tollere ta-  
men potest emtor, ne ille cum hujus detrimento lo-  
cupletior fiat. Sed et hoc ita, si sine detrimento ipsi-  
us rei auferri possint, id est, si res per ablationem ha-  
rum accessionum non fiat deterior, quam si ab initio  
non factae fuissent *L. 9. de Impensis in rem dot.* Alio-  
quin emtor eas tollere nequit, ne venditor damnum  
sentiat ex facto emtoris. Cessat quoque facultas tol-  
lendi tunc, cum venditor aestimationem earum sol-  
vere paratus est. *L. 38. de Rei vind.*

Corol-

## Corollarium I.

**F**emina Saxonica, cum de re immobili contrahit, opus habet curatore, sine quo ipsa non obligatur. *P. 2. Const. Elect. 15.* Id quod tunc etiam verum est, cum mulier Saxonica extra Saxoniam constituta de bonis suis immobilibus in Saxonia sitis contrahit. Hinc intelligi potest, quid de isto casu sentiendum sit: Mulier quædam Saxonica, quæ Lipsiæ domum habebat, cum forte Erfurti esset, domum istam Titio vendit, adhibito etiam curatore, non domicilii, sed eo, qui ipsi a magistratu Erfurten- si ad certam causam & processum, qui coram Senatu isto agitabatur, constitutus fuerat. Quærebatur deinde, possetne a venditione hac recedere. Id quod affirmandum puto, propter *Decisionem Elect. Sax. 59.* ubi Curatores feminarum a magistratibus domicilii constitui jubentur. Et licet curator ad certam causam secundum *eandem Decisionem* a iudice, qui de ista causa cognoscit, dari queat, hujus tamen officium saltem ad eam causam, ad quam datus est, restringi neque ad alia negotia extendi debet. Memini, *J*cum celeberrimum quendam parti-

partibus, a quibus super validitate istius contractus consulebatur, ita respondisse:

Fällt Zweifel für / ob der zwischen Sejam und Titium getroffene Hauskauff zu Recht beständig / auch Seja selbigen zu erfüllen könne angehalten werden / Ob nun wohl dieses / daß ihr ordentlicher zu Leipzig wohnender Curator in den Kauff nicht gewilliget / solchen nicht unkräftig machen kan / in Erwegung / daß einer Frauen jederzeit frey stehet / ihren gewöhnlichen Curatorem, der nur locum consiliiarii bey ihr vertritt / nach Belieben wieder abzudanken / oder in gewissen Fällen dessen Rath zu übergehen / und sich in selbigen einen absonderlichen Curator von der Obrigkeit / worunter der Contract geschlossen wird / bestätigen zu lassen /

### Dec. Elect. 59.

Hiernächst die allzumohlfeile Veräußerung anjese / da die Parthenen in den Contract der lationi ultra dimidium renunciret / nicht vorgeschüzet werden mag /

Diweil aber dennoches aus den mir zugefertigten Bericht das Ansehen gewinnet /

D

ob

ob sey der in Erfurth gewesen und bey dem  
Kauff gebrauchte Curator nicht in genere son-  
dern in specie zu gewissen Berrichtungen von  
der Obrigkeit gesetzt worden / unter solchen  
Berrichtungen aber gegenwärtiger Kauff-  
Contract nicht benennet gewesen / dießennach  
Seja quoad hunc contractum gar keinen Cura-  
torem gehabt / folgentlich dasjenige / was  
sie allein de re immobili disponiret / ganz un-  
kräftig und jederzeit von ihr umgestossen wer-  
den mag / So ist Seja, im Fall obiges præsup-  
positum der Wahrheit gemäß / von dem ge-  
schlossenen Kauff wieder abzuweichen berech-  
tigt.

## Corollarium II.

Dispositio §. 10. *J. de Testamentis*, ubi vi-  
tiosa dicitur heredis institutio, quando unus ex  
testibus cum instituto herede propinque nimis  
est conjunctus, non debet trahi ad testamenta  
judicialia. Sed hæc valent, tametsi vel iudex,  
vel unus ex scabinis, vel actuarius heredem in-  
stitutum proxima consanguinitate attingat. Ge-  
sta enim, quæ translata sunt in publica monu-  
menta, perpetuam habent firmitatem. *L. 6. C. de*



de Re iudicata & pro iudice ceterisque personis  
judicialibus pugnat singularis iustitiæ & integri-  
tatis præsumtio, quæ non meris suspicionibus,  
sed firmissimis argumentis clarissimisque indiciis  
debet elidi. Accedit, quod testamenti insinua-  
tio sit actus voluntariæ jurisdictionis, qui nulla  
causæ cognitione opus habet. Tales autem qui  
sunt, coram quocunque iudice, etiam coram eo  
ipso, quem actus iste principaliter attingit, expe-  
diri possunt *L. 4. de Adoptionibus*. Multo magis  
ergo conjunctio & proximitas sanguinis, quæ in-  
ter personas judiciales & alteram partem inter-  
cedit, hujusmodi actum non vitiabit. Quapro-  
pter JCi Vitembergenses in casu, ubi actua-  
rius illius femina, quæ heres instituebatur, cu-  
rator erat, atque registraturam super judiciali te-  
stamenti insinuatione confecerat, responderunt  
versus Jessenam Mense Aprili anni 1685, solennia  
hujus testamenti ideo impugnari non posse: **Es**  
**mag eures Schwieger Vaters letzter Wille**  
**dieserwegen / weil die Person so ihn aufge-**  
**zeichnet / des Weibes / die er zum erben ein-**  
**gesetzt / Vormund gewesen / für unbestän-**  
**dig nicht geachtet werden.** Quæ res minus  
dubii habebit, si consideremus, vinculum,  
quod inter mulierem ejusque curatorem sexus

intercedit, exiguum & fere nullum esse. Neque enim curator sexus ad naturam ceterorum curatorum, qui minoribus, furiosis, prodigis dantur, accedit, sed magis pro consiliario habetur, & ab inventarii confectione, bonorum administratione, cautionis præstatione & rationum redditione, quæ onera ceteris curatoribus omnibus incumbunt, est immunis.

S. D. G.



**V I R O**  
CONSULTISSIMO  
**IOANNI EHRENFRIED**  
**MARTINI,**  
JVRIVM LICENTIATO  
S. P. D.  
**MICH. HENR. GRIBNER,**  
JVR. P. P. ET ACAD. H. T.  
PRO-RECTOR.

**H**oc igitur unum, Vir Consultissime, restabat industriae Tuae, ut, qui sapius antea ex inferiore cathedra periculum virium feceras, in superiorem conscenderes locum, Praesidis partes occupares & merenti Tibi, quos ante biduum consecutus es, honores collatos esse publice declarares. Horrent alii fugiuntque cathedram, contemnunt alii, & spernunt. Illos aut propriae tenuitatis conscientia a praecclaris ausibus deterret, aut intempestivus remoratur pudor, dum edisserere, quae didicerunt, & profite-

ri erubescunt: Hi testibus non indigere credunt eruditionem suam, quam cathedras nostras non capere præsumunt, & parum honorifice sentiunt de certaminibus literariis, unde nec meliorem quemquam nec doctiorem recedere contendunt.

Ab hoc inani fastu non minus, quam vano illorum timore alienus semper fuisti, qui jam ante triennium & quod excurrit, in Illustri Friedericiana Academia Respondentis partes Tibi passus es imponi, & in hac nostra Academia cumulaſti publica ſcientiæ Tuæ ſpecimina, jamque, dum intra unius menſis ſpatium bis ſolenniter reſpondeſ, & Præſidis etiam partes tueris, non modo, quantum in utroque publico privatoque jure proſeceris, ſed &, quæ de Te ſperare & promittere Tui ſibi debeant, luculenter oſtendiſ.

Cedat Tibi feliciter inſtitutum Tuum, conatusque laudabiles, quæ timidos repellit, fortuna adjuvet, ut non modo ex his Academicis certaminibus victor diſcedas, ſed & tantis deſunctus laboribus induſtriæ præmia conſequaris & Martiniæ gentis decus ac gloriam amplifices & augeas, aut ſi id fieri omnino nequeat, conſerves ſalutina & ſtrenue tuearis. Dab. Id. Octobr. An. 1711.

VIRO

V I R O  
AMPLISSIMO ET CONSVLTISSIMO  
IOANNI EHRENFRIEDO  
MARTINI,  
JVRIVM LICENTIATO

S. P. D:  
AVGVSTINVS LEYSERVS  
JVR. D. ET P.



Vi honores, quibus benemeriti in Aca-  
demiis exornantur, pro nihilo putant,  
his ego quidem facile ignosco. Atque  
magis illis succenseo, qui lucri causa homines in-  
dignos ad eximios hos gradus evehunt, & sic in  
culpa sunt, ut illi evilescant. Pessimus enim iste  
mos,

mos, dignitates academicas nundinandi, non Germaniam solum, verum universam Europam invasit, atque tam altas radices egit, ut jam non amplius, quemadmodum olim vexationes tiro- num, quas Pennalissimum vocabant, Principum Imperii decreto, sed communi omnium gentium consensu evelli & extirpari posse videatur. Superfunt tamen collegia, etiamsi pauca, quæ vestigia majorum sequuntur, nullumque nisi do- ctum & merentem ad honores admittunt. In his, quæ splendorem pristinum conservant, nu- merari debet Vitembergensium Juratorum Ordo, cujus sanctissimo judicio Tu quoque, VIR Am- plissime, dignus declaratus es, qui munus Docto- ris sustineres. Et sustines profecto egregie, dum non contentus iis, quæ vulgo ab aliis eduntur, speciminibus doctrinam Tuam singularem hoc novo scripto & erudito certamine demonstras. Nec dubito, quin majora in posterum, ex quibus Tu ipse incrementa honorum, Patria insignes fru- ctus, Parentes Optimi summam voluptatem ca- piant, sis daturus. Quod superest, conserva il- lum, quo me nunc amplecteris, amorem, & vale etiam atque etiam. Vitembergæ III. Eid. n. Octobr. anni MDCCLXXI.

Wittenberg, Diss., 1771 A-Z  
X 228 3123


ULB Halle  
005 309 336

3









20.

Pr. 21. num. 28. ~~2178~~

L. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
FRIDERICO AVGVSTO  
PRINCIPE REGIO ET SAXONIAE HEREDE  
ET RELIQ.

SELECTAS 1711

DE

226

PACTO  
RETROVENDITIONIS

OBSERVATIONES  
PVBLICE EXHIBENT

IO. EHRENFRIED MARTINI

JVRIVM LICENTIAT.

ET

RESPONDENS

GODOFREDVS KRVGERS

HERZBERG. SAXO.

D. XV. OCTOBR. ANNI 1711

VITEMBERGAE

LITERIS KOBERSTEINIANIS.

4 1/2



P 224.

13

